

imago. (inquit) *Lyssam adducit, quæ Herculi furorem ac rabiem iniiceret: hæc centum serpentum capitibus sibilantibus caput incinctum habebat, manu vero simulungestabat.*

22 Inter Ægyptios, quod etiam Romanam invexere, festum *Navigij Isidis*, signat Reusner. uti præmissimus, n. 18. & Eusebius, cum Lactantio Firmian. lib. 1. de Opific. ex quibus Gyrard. de Navigijs, cap. 8. Certus dies (ait) habetur in Fastis, quo Isidis navigium celebratur. Is verò dies in mense Martio commemoratur. In navi simul ipsa puppis paulatim assurgit inflexa, aureo chensico imposito: è regione verò proportionem quadam protra in longum producta eminet, habens hinc inde signum Deæ Isidis navis cognomentum. Hunc diem Martij diximus, quo navigabile, sedatis tempestatibus sit mare. Apulejus, 11. Metamorph. dicit: *Qui dies ex ista nocte nasceretur æternam mihi religione nuncupabitur; quo sedatis hibernis tempestatibus, & lenitis maris procellosis fluctibus, navigabili jam pelago rudem dedicantes carinam, primitias commeatu libant Sacerdotes. Simulacris ritè dispositis, navem faberrimè factam tedâ lucidâ & ovo & sulphure, solemnissimas preces de casto præfactus ore; picturis miris Ægyptiorum variegatam carinam quam purissimè Dea nuncupavit dicavitque. Causam hujus sacri innuit Plutarch. de Isid. & Osirid. ubi: Incluso Osiride in arcam, Isis profecta est ad silium Horum, qui Buti educabatur, ubi arcuella depositâ, venantem noctu ad Lunam Typhon offendisse eam; corpusque agnitum in quatuordecim concidisse portiones ac dissipasse. Isis cum id reserasset, eas pervestigasse cymbâ papyraceâ paludes pernavigantem. Hinc scaphis papyraceis navigantes non violari crocodilis, sive eas timeant, sive venerentur hujus Deæ gratiâ. Ideo Isis pingebatur, cymbium in dextra gerens: ait Elias Vinet. in Edyl. 26. Auson. n. 333. de cuius imagine, egimus, 7. Januariar. n. 14.*

23 Ab Ægyptijs cum errore figura Isidis, sicut in Romanos, emanavit ad Suevos, qui illam colebant in modum Liburnæ. Alex. Neapol. 4. cap. 12. Expresè Tacitus, de Moribus German. cap. 9. n. 2. Pars Suevorum Isidi sacrificat. Unde causa & origo peregrino sacro; parùm comperi, nisi quoddam Signum ipsum in modum liburnæ figuratum, docet advectam religionem. Græci ad Ægyptiorum æmulationem quod de Isidis imagine, attribuerunt Europæ Agenoris. Europam Jupiter in tauro rapuisse fertur: hoc est, in navi tauri picturam habente, & Isidem in vaccam, similiter navem hujusmodi picturâ. Ut hoc certius

cognoscatur; navigium Isidis Ægyptus colit. Fulgent. 2. Mytholog. n. 11. Hujusmodi navis Isidis fingitur elata in cœlum, & Argos dicta. Videbimus Isagog. Septembr. n. 19. Prius Ægyptij instruxerunt fabulam: qua de causa etiam celebrabant Antrum Isidis, vocatum *Aula Jovis*, in quo Jo Paphum peperit; & post partum facta Dea, Isidis nomine. Navigavit in Ægyptum specie bovis, & ut pervenit, figuram exiit, atque mulieris formam speciosam assumpsit. Ovid. 1. Metamorph. fab. 14. & Natal Comes. 8. Mytholog. cap. 19. Fusè agemus de haccine Isidis nave, quæ dicta *Navis Barys*, 25. Jul. & 4. August.

24 Inter pretiosa Ægyptiorum numerabatur hæccine navis, quam colebant in adytis cum alijs simulacris, per quæ & in quibus hieroglyphicè suam discebant disciplinam scientiarum, pictis illarum latebrarum parietibus: hisque ritibus initiati, arbitrabantur non tantum sui apotheosim, sed Theolæpiam: id est, in Deum transformationem. Justin. 99. ad Orthodox. cap. 25. Ita inflati hujusmodi scientiâ diabolica; ut cum Dijs decertare conarentur, ad hoc ut Numina vel invitè indulgerent optatâ: & quod nancisci haud poterant precibus, obtinerent minis. Quanta vesania & fatuitas! Narrat Porphyrus (ait Jamblicus de Mysterijs Ægyptior.) Sacerdotes consuevisse, minis adversum Superos uti. Mina hæc ferè erant: Nisi ita feceritis, vel contra; & cœlos confringam; occulta Isidis patefaciam; Arcanum in abisso reconditum, divulgabo, Cistam Baryn, navem apud Ægyptios sacram, aut membra Osiridis Typhoni dispergam. Jo! Videtis Psellum de Operat. dem. cap. 21. & plura alia risu digna, amentia plena, apud Kircher. in Magia hieroglyph. Ægypt. Tom. 2. Oedip. class. 11. cap. 5.

25 Hoccine delirium etiam adhæsit longinquis nationibus. In part. 2. India Oriental. Icon. 28. dicitur: *Chinenses idolum adeunt, colligantque duo ligna, quorum utrumque ex una parte planum, & alterâ rotundum sit. Ea sortes exploraturi, in altum conijciunt: quod si ambo in planum latus decidant; omen faustum erit. Si verò alterum in planum, alterum in convexum decidat; malum erit. Unde idolo multis votis supplicant, ut id sancto nutu secundet. At si ulterius ligna inæquali positu procidant; indignantur idolo: supplicant tamen rursus, lignaque tertîa vice experiuntur: qua si tertîa vice insansito positu projecta sunt; pedibus idolum proterunt, abjectumque in mare, aut in ignem datum, comburunt ex parte: sive*

Auntia Isidis, & Aula Jovis.

Navis Barys.

Inferna Hierarchiarum Ægyptiorum.

Æmulatione Sine.

sive etiam rapidè verberibus multant; donec ligna oprato jactu in planum cadant. Quo quidem facto, idolum in locum suum reponunt, excusantes se, & opimas hostias offerentes. Vide Tom. 8. T. 10. à n. 42. Habent Sinae templum dæmonibus & spiritibus dicatum. Kircher. in Sinae Ægypt. cap. 2. In Numen summum non audent, sed in hujus ministros, qui licet ab illis Numina vocentur; propter illata mala, uisionibus atque flagris venerantur. Ita Ægyptij (inquit Jamblic. quo dudum) minis utebantur in quoddam genus dæmoniorum inferioris ordinis, quod imperiosis ministrisq; verbis, ad id quod volebant, cogebant.

26 Postquam Alexander Magnus reversus est è sepulchro Cyri; venit ad eum celebris Gymnosophista Calanus. Briet. in Chronolog. ann. 7. C. 428. Hic vocabatur Sphines, sed cum advenientes ad se primò diceret: *Cale* (id est, *Satve*) à Græcis Calanus dictus. Nudus debebat quum Alexander ad illorum solitudinem venit, & cum Calanus ad illum vocatus venire noluisset; Rex ad eum misit Onelicritum Cynicum: cui Calanus vestibus spoliari iussit, si aliquid vellet: alioquin nec verbum placidè ab illo hausturus, etsi mihi à Jove. Post discessum Alexandri, à Taxile persuasus, ad Alexandrum venit; perhumanè acceptus à Rege, qui agrè tulerat, quod Gymnosophistarum Rector dixisset: *Cur tam longo itinere Alexander huc venit? Calano venienti revelavit vulnus: qui quidem ingeniosè pellem accipiens aridam, proposuit in medium, ejus extrema calcans, quo partes adversæ statim erigebantur. Cunque ita per orbem circumiens calcasset; medio tandem corio insitit; quo omnes partes subsederunt, quin sublevaretur ulla. Intellexit Alexander, à Principe medias partes, seu centrum regni tenendum; ne esset subditorum elevatio & sublevatio; quas Alexander videbatur inquirere; dum vagabundus procul ab aula aberrabat. Plutarch. in Alexandr. & Diodor. Sicul. 17. n. 119. Morte voluntariâ monuit Alexandrum de proxima morte; ut diceret, 8. Novembr.*

27 Apud Lituanos olim superstitione quædam in alacritatem: etenim Solem adorabant fulgurantem & in manu habentem malleum, seu clavam ferream. Sacrificuli interrogati de specie simulacri ac religionis ritu; responderunt, Solem à tyranno potentissimo interceptum, fuisse in turrim validam per plures menses reclusum, quin spheram cœlestem valeret illuminare; cui Signa Zodiaci opem enixè tulere; muros

clava aut malleo turris arietantia, quo vinculis solutum, & mediâ squalidum in cœlum restituerunt, ut illis & hominibus luaceret. Unde in articuli memoriam Solem radiantem cum malleo adorabant. Aeneas Silv. in Europ. cap. 26. & Bonifac. in Histor. ludicæ. lib. 2. cap. 17. In mythologiam clavam Herculis & radios Solis retorquet Kircher. in Obelisc. Pampbil. lib. 3. cap. 11. Videtis ibi figuras.

DIES VI. MARTIJ.

1 **G** Radus 16. Solis in Piscibus, in Prid. Ne quo nebulosum cœlum: Aquilo flit. Ptolom. Fundus vasis Crateris vespere oritur. Junctin. K. A. Vindemiator oritur vespere. Alsted. Uranom. Sub hoccine horoscopo, divites & longævi. Firmic. Vir avem manu tenens caudâ. Sphæ. Arab. Inter Hebræos oblatio Eliaph pro tribu Gad in dedicatione Tabernaculi muneribus æquis ac cæteri Principes. Numer. 7. 42. Anno abhinc 39. abitus Israëitarum ad Jordanem Duce Josue, ubi manserunt per triduum. Josue, 3. à 1. Vid. postridiè, & die 9. Hac enim die nonnulli astruunt apparitionem Dei, ut præsentia ejus confortaretur Josue; de quo Abulens. Josue 1. quæst. 4. quippe prius dictum Deuter. 34. 9. Josue vero repletus est spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas. Tantum in contrarium occurrit, quod post 30. dies à morte Moysis, facta fuisse hæc omnia: postque necessario signanda, cum Moyses 7. Februar. fato functus, de quo Serrarius in Josue 9. quæst. 14. Jam electus seu destinatus erat à Domino in Principem Josue, ex quo Moyses propter aquas contradictionis prohibitus ab ingressu terræ promissæ: Tolle (ei dicitur à Domino) Josue filium Num, virum in quo est spiritus, & pone manum tuam super eum; qui stabit coram Eleazaro sacerdote, & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriae tuæ. Numer. 27. à 18. Id est, de splendore tuo: ut cogitat R. Moyses. Alij ut Cajetan. & Bonifac. Da nimirum Josue insignia principatus, amulum signatorium, & tuam virgam quasi sceptrum. Claruit ergo (nisi fallor) acturum post Moysis mortem (quoniam populus ita rebellis sine Principe effrenis vagaretur) electio facta à Deo speciali aliquo signo, nimirum præsentia Dei, sicut ante transitum Jordanis, uti dicitur Josue, 1. 1. Nihil servatum à malitia Rabinorum. Afferunt Moysen moerentem, de cle-

Abitus ad Jordanem.

Confirmatur in principatu Josue.

Solis imago cum malleo.

electione facta à Deo in Josue, quippe-
quam alicui ex filijs optabat principatum.
Resutat Abulenti. d. quast. 41. & Philo, qui
ex illis, libell. de Charitat. ubi subdit: *Jesus*
Princeps à Deo confirmatus fuit: Moyses hand-
quaquam missis ob fratres filiosque preteritos;
sed plenus inenarrabili gaudio. Die sexto re-
vertuntur exploratores Jericho. Alap. in
Josue 1. v. 11.

Explorato-
res rever-
tuntur.

Adventus
Sesac in Ur-
bem.

Absolutio
scuta Salo-
monis &
pharetras
Davidis.

A quo vi-
sus Seso-
stris?

Hirtia.

2 Qui rudis & stolidus tantum malo
sapit: spero cultu Dei, immolatione vi-
ctimatum in excelis, regnante Roboamo
(Gentium Italtia) anno quinto descendit
ex Aegypto in Jerusalem Sesac, qui ab ali-
quibus profanis dicitur Sesostris, & spolia-
vit urbem & templum, insuper clypeos au-
reos, quos fecerat Salomon secum attu-
lit: pro quibus fecit Roboamus scuta aerea.
Reuel. ex 3. Reg. 14. à 25. & 2. Paralip. 12.
à 1. Exportata innumera auri atque argenti mul-
titudine, ac nec scrupulo quidem relicto. Detra-
xit enim aurea scuta & clypeos quos Salomon
fecerat: ac ne pharetras quidem aureas reliquit,
quas David dedicaverat, à Sophera Rege accep-
tas: atque ita cum optima praeda domum est
reversus. Joseph. 8. Antiq. cap. 4. Citat He-
rodotum, in nomine tantum errantem,
quasi in diversis etiam linguis nimis dista-
ret Sesac & Sesostris, & apud Diodor. Sicul.
1. à n. 35. Sesostris. Fusè tam hic, quam
ille historiam Sesaci texit, lib. 2. à n. 29. qui
ibidem faretur Sesostris signa & insignia
vidisse in Syria Palestina. Etiam meminit
Plin. lib. 33. cap. 3. Tzetzes, Chilias. 3. cap.
69. & Lucan. 10. de Bell. Pharsal. v. 275.
De illius insolentia & arrogantia praefati
AA. multa: aliqua notavimus 15. Januar.
n. 9. Nonnunquam propter violentias timide
vixit, & cum à fratre insidias pas-
sus fuisset; ne alius posset aliquando in
eum insurgere, excogitavit politica trade-
re foeminis, domestica viuis. Unde etiam
hos (ait Nymphodorus lib. 13. Rev. barbaric.)
glabros esse, ac illas capillos promittere impera-
vit: & hos super capitibus onera portare, illas
super humeros coegit. Deinde vero hos quidem
sedentes illas vero corpore erecto mejere. Insuper
mulieribus quidem amictula duo, ac viris unicum
dedit; existimans animos etiam effeminari eo-
rum, qui vitam ita instituerent: quod Lydis
quoque postea evenisse ferunt. Tandem Seso-
stris victus fuit à Rege Colchorum Salu-
ce, qui ex praeda divite & aureas Cameras
& trabes argenteas, & columnas superbas
erexit. Plin. d. & Ludovic. Nonn. in Asiam
Goltz. Tabul. 1. Cladem illi praecinuit ejus
filia Hirtia, quae celebris vates, ut ait Ra-
vil. 1. Officin. cap. 33.

3 Mira Sesostris adoratus, quorum vo-
to potius vel studio opificum improbo
ac ingenioso, vel daemonum arte. Hic
fabricavit statuam supra Memnonis sepul-
chrum (qui divertus à Memnone Aurore
filio, occiso ab Achille, mutato post in
avem, de quo late Natal. Com. 6. My-
tholog. cap. 3. & nos 21. Septembr. à n. 6.)
quae oriente Sole admittit lyrae harmoni-
ce resonabat: de qua Plin. lib. 36. cap. 7.
Coel. Rhodigin. lib. 22. cap. 5. Philostrat. in
Iconib. Tacit. 2. Annal. cap. 61. Pier. Vale-
rian. lib. 52. cap. 37. & nos saepe in Taa-
tolog. Memnon hic fuit Amenophis, qui
Novus dicitur, Exod. 1. 8. à quo Hebraeo-
rum in Aegypto coepit afflictio. Alapid.
loc. Exod. cit. cujus statua harmonica li-
luit nato Domino, uti videbitus 25. De-
cembr. n. 19. diximusque Tom. 5. T. 11. D. 6.
n. 7. Audivi enim (subdit Coel. Rhodigin. d.)
qui hanc Sesostris statuam tribuant, quam Cam-
byles mutilaverit. Reliquum corpus sedet, & quo-
tidie insonat oriente Sole, quem sonitum simi-
lem dixeris diuinae chordae in lyra vel cithara.
Hujusmodi artificium naturale esse, acribit
Kircher. in Oedip. Coep. 2. 2. clasi. 8. de
Mechanic. Aegyptior. methodumque signat
cap. 3. Pragmatica, 1. ut aliae similes in har-
moniam efformentur. Idem asserit Natal.
Com. loc. cit. De artificio aviium Memno-
nidum, quarum figura apparuit in Mem-
nonis chlamyde, ut ait Pausan. cap. 348.
& in ejus sepulchro humana voce cane-
bant; uti de re naturali loquitur Kircher.
Pragmat. 2. Qui auro parere non reuuit,
experiatum artificium (saltem artificij ex-
pentas) quod loc. praefato curiosi sed di-
vinitibus praescribit. Obelisci Sesostris Ro-
mam allati meminit Plin. lib. 36. cap. 9.

Statua Me-
mnonis.

Quisiam
Memnon?

Harmonia
statuae ac
naturalis?

Ejus arti-
ficium.

4 De statua Suidas inquit: Ad ra-
dios Solis conversa est, impubis aethi-
o lapide, atque pedes ambo facti sunt ad De-
dali artem, seu imitationem, cum manus su-
per recte firmentur. Ita vero constituta est, ut
velle consurgere appareat, atque oculi & qua
sunt vocis omnia instrumenta, videntur velle
loqui: ceteris quidem temporibus minus mi-
rabile illud videri dicunt: ac radio Solis sta-
tuam attingente (quod sit dum oritur) non
potest non videri mirabile, cum radio in os
incidente statua loquatur, oculi bilares ap-
parent ad lumen tanquam hominis, qui
tunc latentur Sole; nam Soli assurgere
tanquam servi bene morati, domi-
no accedenti. Strabo lib. 17. insit: Se-
sostris in Aegyptum aliquando contendisse,
ubi duo altissimi erant Colossi ex integris
lapidibus inter se propinquos, quarum alte-
rius

rius superiores partes jam corruerant ob terra-
motorum: hujus pars illa, qua reliqua erat su-
per base, circiter horam primam sonum emittit
handquaquam magnum, ingenti praesente multi-
tudine: sic enim erat artificiose in ipsa base in-
cisa. Nec hoc erit sane incredibile, si quis quan-
ta vis sit scientia cognoverit; aut si Thebano-
rum Sacerdotum praestantiam in Astronomicis phi-
losophicisque rebus intellexerit. De Memno-
ne dubitat Apollonius apud Philostrat.
lib. 6. cap. 3. sed fatetur ejus templum
in Aethiopia, quò quin profectus Tro-
jam unquam fato functus. Ejus statua ado-
lescentis impuberis imaginem referens, ad So-
lis radios conversa est: est autem ex nigro la-
pide fabricata, atque utroque pede solum attingit.
Erecta autem manus sedi imitantur, ho-
minis surgere volentis similitudinem exprimen-
tes. Oculorum autem & totius oris imaginem
quasi locuturi hominis. Hac quidem antea mi-
norem dabant admirationem, quod nondum actuo-
sa videretur, & quantum artis operi inesset,
ignorarent. Cum vero Solis radius statuam at-
tingeret; tunc supramodum admirabilis statua
visa est. Tunc enim statuam loqui perhibent,
ubi primus Solis radius ad ejus os pervenit.
Ejus oculi splendentes, latique ad Solem ex-
positi: tunc quidem convenire eum dicunt; quod
Soli assurgere videatur, ut qui erecti Numen col-
lunt Aethiopes Soli & Memmoni Eoo sacra fa-
ciunt. Natalis à Comitib. loc. cit. asse-
rit, etiam responsa hujusmodi statuam
reddidisse. Ex quo constat non artifi-
cio naturali, sed magicè à Sesoftre sta-
tuam confectam, ut late diximus, Tom.
4. T. 3. à n. 17. De illo variant Dio-
dor. Sicul. d. n. 37. subdens: Exactis in
regno 33. annis, captus oculis spontè vitam de-
migravit: eoque facto, non solum Sacerdotum,
sed ceterorum quoque Aegyptiorum admirationem
promeruit. Gelaldinus apud Kircher Syntagm.
2. de Regib. Aegypt. cap. 9. Bula sive Se-
sach (inquit) fuit claudus, qui captivum du-
xit Regem Hierosolymae, & fecit ipsum sibi ser-
vire post Pharaonem, & intumuit superbia & arro-
gantia; percussitque ipsum Deus lepra, invasitque
ipsum ursus, contritaque cervice interfectus est.
Defuncto Salomone hic invaserat Hierosolyman, au-
roque onustus rediit in Aegyptum.

Quisiam
Sesach?

Occidit
Michaeas
Jembla.

5 Anno ab adventu Sesach in Jerosoly-
ma 83. juxta Salianum, sub Joram Rege
Israel, filio Achab, agrè ferente, sicut pater,
inreptiones Michaeae à Jembla, cum
projectè instantia matris in univervo Israel
adoraret idola; Propheta jussu Regis pra-
cipitio è rupe collisus est, & sepultus in Mo-
raffthi; ut refert ex Clem. Alexandr. 1. Strag-
Tom. 1. Ephem,

mat. cap. 13. Munnoz in Propugnacul. Elia,
lib. 2. titul. 1. cap. 3. art. 1. quem Eliae facit
discipulum.

Christi ge-
sta.

6 Anno ultimo vitae & praedicationis
Christi, accesserunt filij Zebedaei thronos
de proximitate regni Christi. Marian. in
Diar. n. 17. Vide d. 16. Anno secundo ejus
praedicationis, transfretans pervenit in re-
gionem Gerasenorum, ubi duos à daemone
liberavit, qui cum socijs Christi permittu
in porcos ingressus, duo millia suffocavit
in mari: ipsoque die transfretans iterum re-
dijt Capharnaum, ubi paraliticum per te-
ctum ad se demissum sanavit. Alapid. Chron.
not. num. 17. & 18. Baron. & Marian. à
num. 2.

Vestalia
sacra.

7 Romae Vestalia sacra à virginibus mini-
stris, ejus cultui addictis, cujus in functio-
ne erant vittatae splendentique coronae, ac
veste candida. K. Rom. Reufner. Rosin. 4.
cap. 7. Hospinian. Feftor. cap. 12. Anton.
Constant. & Paul. Marf. in 3. Faftor. v. 411.
ubi Ovid.

Ovid.

Quisquis ades, castaeque colis penetralia Vestae,
Gratate, Iliacis ihuraque pone focis.
Vesta quae virgo, dono singulari Jovis, eò
quod illius nutrix, à Virginibus impense
vigilanterque colebatur; cujus collegium
instituit Numa; datis illis in Vestae si-
mulacrum, flammis ignis ad effigiem,
qui nullam habet imaginem. Totum ar-
gumentum comprehendit Ovid. d. lib. 6.
a v. 281.

Vesta es
Vestales.

Imago
Vestae.

Quid mirum, virgo si virgine lata ministræ,
Admittit castas in sua sacra manus?
Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige
flammas:
Nataque de flamma corpora nulla vides.
Jurè igitur virgo est; quae semina nulla re-
mittit,
Nec capit; & comites virginitatis amat.
Ignis inextinctus templo celatur in illo:
Effigiem nullam Vestae, nec ignis habet.

Idem.

Ignis sym-
bolum Ves-
tae virginis

Hinc Albricus de Deor. imagin. n. 17. Vestae
(ait) Dea ignis, scilicet, divini in collegio Deo-
rum annumerabatur. Hanc Jovis fuisse nutricem,
& cum suo gremio sustentasse; Antiqui dice-
bant: quam etiam taliter figurabat pictura. Erat
enim templum latum & spatiosum cum ara in
medio; circa quam ex utroque latere erat ig-
nis accensus, qui perpetuo servabatur; quem
extingui nullatenus fas erat: & ideo ad hu-
jusmodi mysterium erant multa Vestales virgines
deputatae; quae & ipse ibidem depicta, ab utra-
que parte ignem fovere videbantur. Supra pinnacu-
lum autem templi, depicta erat ipsa Vestae in for-
mae

Imago Ves-
tae.

Eae